

8403

hospes, quod deico, paullum est, asta ac pellege¹.

Heic est sepulcrum hau pulcrum pulcraī feminae.

Nomen parentes nominarunt Claudiam.

Suom mareitum corde deilexit souo.

5 Gnatos duos creavit, horunc alterum

in terra linquit, alium sub terra locat.

Sermone lepido, tum autem incesso commodo.

Domum servavit, lanam fecit. Dixi. Abei.

Romae (I 1007. VI 14546 cf. p. 5517 descripserunt lucundus aliquis complures viri docti saec. XV. XVI). *Buecheler carm. epigr.* 52. *Germanice vertit Mommsen Roem. Gesch. I p. 58 (ed. 5).* — 1) pellige luc.

8404 Albia D. I. Hargula, vixit ann. | LVI, casta, fide magna, sei | quicquam sapiunt inferi¹, | ut ossa eius quae hic sita | sunt bene quiescant.

Romae (VI 11337 vidit Henzen). — 1) *Eadem verba etiam alibi, cf. Buecheler carm. epigr.* 479. 480.

8405 ossa heic sunt | Urbillae Primi mihi me pluris, | decessit an. XXIII, carissima | suis.

Romae, nunc Beauvais in museo (I 1105. VI 29585 vidit Hirschfeld).

8406 L. Acculeius | L. I. Salvius; | cum vixit, bene vixit¹.

Romae ut videtur rep., est Sinigagliae (VI 10482 vidit Bormann). — 1) *Cf. supra N. 7645; item N. 2237 cet.*

8407 Cn. Atellius | Cn. I. Theoprast., | vixit cum fide.

Carthagine nova (II 3449 vidit Huebner).

8408 Q. Petillius | Attalus | ob meritis eius | dignum prosequor. || Vett. | R . . .

Romae (VI 56076 vidit Gatti).

8409 Philocalu[s] | Telesphoridi | alumne obaudien[t.].

Roma ut videtur Bononiam allata (VI 22116 vidit Bormann).

8410 Sozomeneti alumnae | audienti¹ | patronus fidelis.

Roma ut videtur Florentiam allata (VI 26660 vidit Bormann). — 1) *I. e. obdientī.*

8411 Hilari Clodi | M. s.¹, o. h. s. s.² | vixit annos | XXII, amans | domini, opse|gens (sic) amicis.

Capuae, iam Neapoli (X 4167 vidit Mommsen). — 1) *Cf. supra N. 8423 not. 1.* — 2) *Cf. N. 8004 not. 1.*

8412 Q. Pacidaeus Q. C. I. | Auctus, | patronis placuit¹.

S. Benedetto, ubi fuit Marruvium Marsorum (IX 3741 vidit Mommsen). — 1) *Cf. N. 7480. 7617 cet. XI 947: qua ad (cf. N. 8445) vixit, patrono placuit.*